



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 8. Menstruorum sanctoru[m] fortitio à B. Francisco Borgia primo in societatem Iesu, inde in sodalitates Marianas introducta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

Etione, sensim eius animus immutari, & imitandi, quæ legebat, studio quodam affici videbatur. Hoc initium fuit conuertendi illius militis, à quo tot conuersionum milliones pependerunt. Librum petijt: profanum optauit: sacrum sortitus est. inde didicit sapere, vnde alios sapere doceret. Sed & sanctos tutelares sorte eductos non minùs vtiliter, quàm piè, legimus.

§. VIII.

Menstruorum Sanctorum sortitio à B. Francisco Borgia primò in Societatem IESV, inde in Sodalitates Marianas introducta.

Erat solenne familiæ Borgia, vetere instituto, vt è Diuorum numero aliquem quotannis sorte duceret. Seruabat religiosè hunc morem puer etiam tum Franciscus (Borgia) quem etiam in Societatem induxit, priùs, quàm familiam ducere cepit. Dini nomen cui obuenisset, is, profesto die, duos mendicos vicatim collectos alebat; festo verò, binis bini mares, faminis femina, ad mensam ministrabant. Ex hoc fonte manant pia solennisq; Societatis cõsuetudo, vt, singulis mensibus, Sanctorum nomina sorte è fitula educantur distribuanturque singulatim. Quo die votis conceptis, religiosèq; persolatis o-

pem

Andreas
Schottus
l. 1. vitæ
B. Fran-
cisc. Bor-
giæ, c. 1.
Idem lib.
4. c. 4.

pem sui quiq; Diui implorant. Didicerat id in gentilia Borgia familia Franciscus. Ognati quoq; idem seruauit; multa Socijs indulgens, quo die Diui nomen sorte illis obtigisset: ipse ad hęc precationi plus etiam temporis tribuere solitus. A Societate hic fortiendi mos in B. Virginis Sodalitates, atq; inde in alias aliásq; , magno cum fructu, est propagatus. Multi è paruis schedis magna extirpare vitia, egregiásque exercere virtutes, Sanctósque peculiaribus colere honoribus didicerunt. Sed assuetudo quosdam facit negligentes. Alios ignorantia vtendi tanto fructu priuat. Si tollerent ignorantiam Exhortatores aut Concionatores, extinctis vtique impijs fortilegijs, sortes bonas inducerent, cultúmque Diuorum longè latéque propagarent.

§. IX.

Candela diutiùs ardentis sorte primus Arragonñ rex IACO BVS est appellatus; quem piuum modum impiè, & superstiosè imitantur anicula, in diuturniore prolium vita diuinanda.

Leonar-
Mayr in
Calend.
B Virg.

De alia Sancti patroni fortitione memorant, quam hïc non omittam interferere. Anno 1208. sacro baptisinate tinctus est primus Arragoniæ rex Iacobus, cuius mater,